Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

est enim corpus meum. Simili modo post
quam cenatum est accipiens et hunc pre
clarum calicem in sanctas ac venerabiles
manus suas. item tibi gratias agens
benedixit dedit discipulis suis di
cens. Accipite et bibite ex eo omnes.
Hic est enim calix sanguinis mei novi
et eterni testamenti mysterium fidei qui
pro vobis et pro multis effundetur in re
missionem peccatorum. Hec quotiescumque fe
ceritis in mei memoriam facietis. Unde
et memores sumus nos servi tui sed et plebs
tua sancta xpi filii tui dni dei nostri tam bte
passionis necnon et ab inferis resurrec
tionis sed et in celos gloriose ascensionis
offerimus preclare maiestati tue de tuis
donis ac datis hostiam puram
hostiam sanctam hostiam im
maculatam panem sanctum vite e
terne et calicem salutis perpetue.